UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Godefridus Com. S. Hilarius Epis. S. Iuetta Vidua 13. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S.Godefridus Com. S.Hilarius Epiſ.
S.Iuetta Vidua 13.Ian.

Pœnitentia.

Pœnitentiam agere eſt & perpetra-tamala plangere & plangenda non patrare *Gregor.*

Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, quas in B. Godefridi confeſ. tui (B. Hilarij conf. & Pont. B Iuettæ) ſolemnitate deferimus, vt qui noſtræ Iuſtitiæ fiduciam non habemus eius, qui tibi placuit, preci.us adiuuemur Per D.N. Ieſum Chr. &c.

Ora pro inimicis, &

1. S.Godefridus Comes Cappenbergenſis, ad prædicationem S. Norberti, conuerſus, vna cum coniuge ſua ſæculari vitæ renuntiauit, & arcem paternam in Monaſterium ordinis Præmonſtratenſis commutauit. Glorioſam vitam eius terminavit mors illuſtris Anno 1226.

2. S.Hilarius Epiſ. Pictavorum & conf. qui ob Catholicam fidem, quam ſtrenuè contra Arianos propugnauit, quadriennio apud Phrygiam relegatus, inter alia miracula mortuum reſuſcitauit, & cum gloria victor ab exilio reuocatus eſt circa Anno 360.

3. S.Iuetta matrimonio iuncta virum A. 18. ætatis amiſit, ex eo tempore 15. annis Vidua pauperibus ſeruiuit, deinde 36. annis recluſa, obijt ſancte A 1227.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN